Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tis curis seculi, animam direxit ad deum, devote ecclesie sa
cramenta suscipiens: ut finis suus superioribus suis actionibus
catholice sue vite penitus responderet. Unde creden
dum est clementiam et misericordiam salvatoris illi aperuisse
ianuam vere vite. Accepimus insuper in hoc tam gravi
casu consolacionem quod te suorum regnorum heredem instituit,
ut regna ipsa, quibus nihil melius pace, nihil optabi
lius dari potest, presertim cum hec duo regna infidelium pro
pugnacula sint, ut cum tempus postulat, coniunctis insi
mul viribus, infidelium impetum reprimant et revaleant.
Itaque celsitudinem tuam nobilitatem rogamus requirimus et hor
tamur in domino, ut forti animo assurgas, et regnis pacem
componere non desistas.

Cincius romanus Ianoctio de Strozijs s. p. d. Vel
lem Ianozi carissime ut utrumque nostrum potius lauda
ri, quam reprehendi possem. Quod cum minus amicicie nostre
convenit, que prope singularis est, et super vulgarem
consuetudinem; qui cum coram simus eam non alere con
suetudine, et cottidianis sermonibus. Cum autem absen
tes simus frequentibus litteris consolationem et iocundita
tem nobis ipsis non afferre. Qui fructus perfecto ma
ximus est in amicicia. Nec ulla temporum tempestate